

Rome, 17 novemb. 1614. Bellarmin à Sigismond roi de Pologne. <sup>1494</sup> 3994  
(réponse, cf. 16=7)  
=14

/ Serenissime Rex Domine Clementissime.

Exposui Sanctissimo Patri Nostro Summo Pontifici tenuitatem red-  
dituum Ecclesiae Leopolicensis, et devastationem non solum hujus Ec-  
clesiae, sed etiam Camenicensis, et simul merita (mihi satis nota)

5 R/mi Episcopi Camenicensis transferendi ad Leopolicensem sedem Archi-  
episcopalem, et obnixè rogavi Sanctitatem suam, ut per viam secretam  
(ut vocant) expeditionem literarum Apostolicarum fieri mandaret.  
Addidi etiam ut Ill/mum et R/mum Card/em à Montealto, ad quem spec-  
tat praepositio Ecclesiarum Regni Poloniae, exhortaret, ut serius  
10 ipse quoque cum Summo Pontifice ageret de expeditione per viam se-  
cretam. Nam de confirmanda nominatione, vel postulatione, nec non de  
retentione Abbatis nullà erat dubitatio, quin admittenda essent.  
Tandem negotium exitum optimum habuit, et omnia quae petebantur im-  
petrata sunt. Ego vero cupio saepius mihi occasionem offerri obse-  
15 quium praestandi Majestati Vestrae, et Deum precor, ut operibus Ma-  
jestatis vestrae omnibus benedicat, et ipsam cum Serenissima Conju-  
ge, et regia prole, quam diutissime servet incolumem. Datum Romae  
die 17. Novembris 1614.

Majestati vestrae Serenissimae

20 - - - - Devotissimus Servitor

R. Card/alis Bellarminus.

En tte:

Sereniss/o et Potentiss/mo Dno Sigismundo Regi Poloniae Dno suo  
Clem/mo.

---

25 Carte Cerviniane 514 fol. 205. copie.